

E #5 8 #105



PROSPERI
FAGNANI,
COMMENTARIA
IN QUINQUE LIBROS
DECRETALIU;
CUM REPERTORIO GENERALI.





1080045159

José Angel Benavides.

PROSPERI
FAGNANI

IN QVINGVE LIBROS

DECRETALIVM

CON XIPERTINO GEMELLI

PAGNANI

EN

Decretalia

.1.2.

BX1935

.F34

1759

v.1-2

c.1

PROSPERI
FAGNANI

JUS CANONICUM,

SIVE

COMMENTARIA
IN PRIMUM LIBRUM
DECRETALIUM.

CUM DISCEPTATIONE DE GRANGIIS.

NOVA EDITIO, ALIIS PRIORIBUS MULTO CORRECTIOR,

Cum amplissimo Rerum & Verborum Indice accuratissimo.



COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LIX.

BX 1936

F3

1759

V.1-2



BIBLIOPOLÆ
AD JURISPRUDENTIÆ STUDIOſOS.

S I quid glorioſum ſplendidumque de horum Voluminum præſtantia & celebritate præſari voluerimus, **STUDIOŒ LECTOR**, nihil ſanè ſplendidius fore duxerimus quàm ipſum Auſtoris Nomen, pro ingenii totius Operis ornamento, huiusmodi Librorum fronti atque ſaſtigio apponere.

Per tot enim tantorumque Virorum ora & encomia, **Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi PROSPERI FAGNANI** gloria auſta fuit cumulatæque ſemper in diem, ut meritiò crediderimus, illum pro norma rectè ſapienterque Divini Humanique Juris interpretandi Regulas Orthodoxæ Poſteritati à Deo Optimo Maximo datum fuiſſe.

Quis etenim, ſi virum illum tantà præditum indolis ſublimitate, tantà mentis perſpicaciâ, tantà morum innocentia ac pietate perſpexerit, eum in commune Sacrarum Litterarum bonum natum fuiſſe negabit?

Educatus nimirum per omnem honeſtarum Artium cultum, vix prætergreſſus ephebos, tot vetuſtiſſimæ Fagnanorum Gentis Avia decora non ad fortuna ſupercilium, ſed ad virtutis incitamentum ſuſpiciens; ita pueritiâ adoleſcentiamque tranſegit, ut vigefimo ætatis ſuæ anno nondum expleto, Juris univerſi methodum tercentum problematis propoſitam pro Doctoralis laurea Peruſino in Lyceo contrâ inopinata impugnantium argumenta in utramque partem diſcutienda expoſuerit.

Hinc eſt, quòd præclariffimi huius facinoris famâ Romanam etiam Aulam mirabiliter commovente, Paulus V. Pontifex Maximus loco Celebris Joannis Franciſci Fagnani ejus Patruſ, illum Sacræ Tridentini Concilii Congregationi à Secretis anno ætatis ſuæ ſecundo ſuprà vigefimum ſuffecerit. A ſubſequentibus inſuper ſummis Pontificibus Sacræ Congregationi ſuper negotiis Epiſcoporum & Regularium; deindè Apoſtolicæ Viſitationis alteriuſque ſuper ſtatu & reſormatione Regularium, Indulgentiarum iidem & aliarum eodem Secretarii munere decoratus; demandata quoque illi explicandorum Canonum in Summo Sacræ Pœnitentiariæ Tribunali Provincia; poſtea verò ejuſdem Tribunalis Sigillo eidem collato, ut eodem tempore undecim Sacris Conſeſſibus, quamvis cæcitatibus infortunio aſſectus, inſerviret.

Quæ omnia, quantâ vigilantia, quantâ ſedulitate, quantâ animi probitate cum omnium laude exercuerit, tot tamque negotiorum momenta nos docent, quibus eum Summi Pontifices Urbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens uterque IX. & X. & Innocentius XI. uſque ad annum ætatis ſuæ nonageſimum primum, quo ultimam vitam periodum clauſit, aſſidue inceſſanterque cumulavère, maximeque fecère.

Quin imò, funebri ſuperſtes rogo & ſupremo cineri vivax, aurea hæc in quinque Decretalium Libros Commentaria, quæ nunc cum ipſomet textu atque Diſceptatione de Grangiis prodeunt è noſtris Typis, in Eccleſiaſtica Reipublica felicitatem, Sacrarum Litterarum Amatoribus, ac præcipuè Tibi, **BENIGNE LECTOR**, Tanquam ingens ſuæ Prudentiæ Doctrinæque Monumentum reliquit. **VALE.**

AUCTORIS MONITIO AD LECTOREM.

QUÆ in his Commentariis Responsa Sacræ Congregationis Eminentissimorum Patrum Concilii Tridentini Interpretum, sparsim pro re nata referuntur, quamquam ferè omnia exscripta fideliter, dum eidem Sacræ Congregationi essent à Secretis, ea tamen minimè habenda pro authenticis scire debes, quando Eminentissimi Cardinalis Præfecti & Secretarii subscriptione signoque carent. Neque aliud mihi consilium aut voluntas alia: imò, si quid fortasè vel Amanuensis incuriâ vel imperitiâ Typographi vel imbecillitate humanæ mentis exciderit, notâ & animadversione dignum, id totum ejusdem S. Congregationis auctoritati, judicio, censuræ ultro subjicimus.

APPROBATIO.

VIDI jussu Reverendissimi P. Raymundi Capisucchi, Sacri Apostolici Palatii Magistri, ac maxima cum voluptate perlegi *Commentarios sive Lecturas in quinque Decretalium Libros*, compositas ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino PROSPERO FAGNANO, viro integerrimo, ac ob profundam utriusque Juris, aliarumque Scientiarum peritiam, & res in urbe præclare gestas nulli prorsus ignoto; ut qui per multos annos Sacrarum Congregationum Concilii & Episcoporum, ac Regularium successivè fuit, nunc verò sacræ itidem Congregationis super statu, seu reformatione Regularium, nec non S. Visitationis Apostolicæ simul est à Secretis, & insuper S. Pœnitentiariæ Apostolicæ Sigillator. Quas lecturas in omnibus inveni consonas orthodoxæ fidei, bonis moribus, Sacris Canonibus, Oecumenicis Conciliis, Summorum Pontificum Constitutionibus, ac Sacrarum Congregationum, præsertim superiùs expressarum Decretis, & Declarationibus; nec non in penetrandis & enucleandis intimis ac genuinis cujusque sacri textus sensibus adeò singulares & efficaces ut Juris lumen, anima Canonum, difficilis & anfractuosi forensium disceptationum itineris fidissimus ac certissimus dux non immeritò nuncupari valeant, uti quidquid Ecclesiastico imprimis foro usui esse potest locupletissimè continentes. Præcipuè admiratus sum insignes de Annatis & opinione probabili Tractatus. Quorum alter in materiâ pernecessariâ, adeòque desiderata nihil omninò desiderandum relinquit; alter verò solidam rationum, ac fundamentorum catenam delectatione præcipuam, utilitate præclaram exhibet, contra sensum serpentem animarum perniciem antidotum, remediumque præsentaneum & efficax. Quare opus censui dignissimum, quod, si eidem Reverendissimo videbitur, ad communem omnium, & singulariter in eodem Ecclesiastico foro versantium commoditatem quamprimùm in lucem edatur. In quorum, &c. Datum ex Ecclesiâ S. Mariæ de Populo hac die 19. Septembris 1659.

*Fr. Hieronymus Nicolius Romanus, Ord. Eremitarum S. Augustini
Congr. de Observ. nuncup. Lombardiæ, Sacr. Theolog. Lector, J. U. D.
nec non ejusdem Congregationis in Romana Curia Procurator Generalis.*

Imprimatur

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistr. Sacri Palatii Apostolici.
M. A. Oddus Episcopus Perusinus Vicesg.

Imprimatur

Fr. Raymundus Capisucchus, Magist. Sac. Pal. Apof.

PROSPERI



PROSPERI FAGNANI COMMENTARIA In Primum Librum DECRETALIU M.

DE SUMMA TRINITATE
ET FIDE CATHOLICA.

Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT I.



Hirmiter credimus & simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, æternus, immensus & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres quidem Personæ; sed una essentia, substantia, seu natura simplex omninò: Pater à nullo, Filius à Patre solo; ac Spiritus sanctus pariter ab utroque absque initio semper ac sine fine: Pater generans, Filius nascens: & Spiritus sanctus procedens, consubstantialis, & coæquales, & coomnipotentes, & coæterni: unum universorum principium: creator omnium visibilium & invisibilium, spiritualium & corporalium: qui suâ omnipotentis virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam; ac deinde humanam quasi communem, ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus enim & alii dæmones à Deo quidem naturâ creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali: homo verò diaboli suggestionem peccavit. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam individua; & secundum personales proprietates discreta: primò per Moysen & sanctos Prophetas, aliosque famulos suos, juxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tandem unigenitus Dei Filius Jesus Christus à totâ Trinitate communiter incarnatus, ex Mariâ semper Virgine Spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex animâ rationali & humanâ carne compositus, unâ in duabus naturis personâ, viam vitæ manifestius demonstravit. Qui cum secundum Divinitatem sit immortalis & impassibilis; idem ipse secundum humanitatem factus est passibilis & mortalis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno Crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit à mortuis & ascendit in Cælum; sed descendit in animâ & resurrexit in carne; ascenditque